

tra eam, juxta communem resolutionem per nos traditam l. vnic. C. quand. non peten. part. etc.

8 Præterea t. & secundo respondeo ad dictam Baldi doctrinam & sequacium, quod procedit, præterquam si appareat prescriptio donationis collate in illo fratre recipiente dictam renuntiationem, quia tunc illi soli queritur, ut in l. adibus, vers. veluti ff. de donat. & in l. si actionem. C. de pact. ita seipsum declarat idemmet Baldi sui, & Roder. Suar. in d. s. limitat. n. 1. Sed hoc satis apparet, quando renuntiatio fit in fauore vnus fratris cum consensu patris: Nam tunc renuntians hoc ipso manifestam & notam facit suam voluntatem, ut solus ille frater vel fratres, quibus renuntiavit, habeant hereditatem, non vero alij quibus non renuntiavit: præcipue cum fundamentum Baldi loquatur eo casu, quo est renuntiata, & repudiata hereditas simpliciter, non expresso in cuius fauorem: Et ita ipse tenerem & iudicarem si casus accideret.

9 Sed t. ad tollendum omne dubium & ut magis consulatur ei vel his, in quorum fauorem renuntiatum est alijs fratrib. prætermittis, oportet, quod hoc exprimitur in renuntiatione, ut illi vel illis solis acquiratur, cui vel quibus renuntiat: Nam voluntas renuntiantis ea est, ut donatio fiat ei vel eis tantum, non vero alijs vel alijs suis fratribus: Et ita erit res explicata & sine dubio. Vnde consulo ut hoc fiat & apponatur in huiusmodi renuntiationibus verba supradicta, ut nullus remaneat serupulus, licet reuera, si omittantur, tenendum est valere renuntiationem, & acquiri tantum his, quibus est renuntiatum, pro ut voluit renuntians per supradicta.

10 Ex t. omnibus suprad. in hac illatione subinfertur primo, quod filius in cuius fauorem est renuntiatum ab alio fratre vel fratribus, habebit illam portionem ultra meliorationem tertij & quinti, quam melior potest pater facere in illum filium, non obstante, quod prædicti filius habeat iam ultra suam legitimam prædicta parte, sibi a fratre renuntiatam: Quod est vtile & singulare pro declaratione legis fori & aliarum legum huius Regni, quæ prohibent filio posse relinquere ultra legitimam & tertium & quintum, aliquid aliud: Nam portionem sine parte a fratre sibi renuntiatam cum consensu patris, bene poterit habere ultra suam legitimam & meliorationem tertij & quinti. Nec hæc declaratio contradicit dict. legib. quia illæ loquuntur & procedunt in parte vel matre & ceteris ascendentibus, ut ipsi minime quidem possint in præiudicium aliorum filiorum vel nepotum, alteri filio vel nepoti plus quam tertium & quintum meliorationis relinquere ultra legitimam. At in nostro casu pater nihil plus relinquit, sed alter filius partem suam legitimam, quæ ad se pertinebat ex eisdem legib. in cuius præiudicium pater t. iure communi quam Regio non poterat aliquid disponere, renuntiat eam cum iuramento & cum consensu patris in illum fratrem, cui, nec patri consentienti sit iniuria, nec ceteris fratribus, quandoquidem ipsi nihil in legitima renuntiantis habebant, & ita inuenio, quod in expressis terminis, licet sic non declarat, tenet Ant. Gom. in l. 22. Taur. n. 31. vbi refert hoc idem tenentem Roder. Suar.

11 Secundo t. subinfertur idem esse, si filius, vel filia cum consensu patris renuntiant legitimam hereditatem ejusd. patris, & etiam matris, sibi deferendam in ipsamet patrem, hoc addito, ut ipse pater possit libere de præd. sua hereditate & legitima disponere, relinquendo eam vni, vel duobus ex fratrib. suis, filijs ejusdem patris, quib. voluerit, & in suprad. parte & legitima possit ei, vel eis melioratione facere ultra legitimam sibi in bonis ejusdem patris debitam, id est & ultra tertium & quintum bonorum ipsius patris, de quo in filios,

vel nepotes per leges Regias potest facere meliorationem, ita quod ceteris filijs non teneatur aliquid relinquere de prædicta parte legitima patri renuntiatæ: Nam huiusmodi renuntiatione ita copiose & distincte facta, crederem profecto, posse patrem disponere de legitima in se renuntiatæ, in filium, vel filios, quos voluerit, ultra tertium & quintum suorum bonorum, non obstantibus dictis legib. Regijs disponentibus, omnia bona parentum esse legitimam filiorum, excepto quinto, de quo potest pro anima sua & in extraneos disponere, & tertio, in quo potest filios vel nepotes meliorare. Nam hæc leges Regiæ, ut supra dictum est, loquuntur & procedunt in bonis ipsius patris, at vero nos loquimur in legitima alterius filij, quæ fuit in partem renuntiatæ, his facultatib. ut pater possit disponere de ea, ut supra dictum est. Hæc enim legitima filij, debita sibi post mortem patris, non est bona ipsius patris libera, si filius superuivuit patri, nec pater aliquid in ea habet, licet procedat ex bonis suis, quia necessario tenetur filio relinquere prædictam legitimam sine onere & conditione, & ita sicut bona ipsius filij, de quibus potest libere disponere, quia t. tempore, quo sortitur effectum hæc renuntiatio (hoc est, post mortem patris) cum pater sit mortuus, poterat de illis bonis filius libere disponere: Et ego & in vita patris id poterit cum consensu ipsius patris, quoad quid refertur ipsa renuntiatio in suo effectu ad tempus mortis patris, & statim eo mortuo incipit operari suum effectum, & sic potest filius tempore traditionis rei sue, vel proprius, quæ sua futura est (hoc est) tempore renuntiationis adijcere quecumq; onera & facultates voluerit, argu. l. in traditionib. ff. de pact. c. similib. & ideo pater, in quem est renuntiatæ hæc legitima, facultate suprad. sibi concessa ut possit libere de ea disponere relinquendo vni vel duob. ex filijs suis ultra tertij & quinti suorum bonorum meliorationem, poterit vti hac facultate, quia d. legitima non fuit sibi acquisita simpliciter & libere ad hoc, ut ceteri filij t. quæ de alijs bonis patris possint potere in ea partem suam, sed cum illa facultate, quæ quidæ facultas respectu & in fauorem filiorum, quibus fit, ejusdem legitimæ melioratio per patrem videtur conditio, vnde ceteri filij non poterunt se conqueri de hoc, neque aliquid de præd. legitima petere.

Fateor tamen, t. quod si filius, vel filia simpliciter renuntiaret dictam suam legitimam in patrem, non data nec concessa sibi facultate supradicta, quod tunc tanquam in bonis patris ei acquisitis, sicut in alijs bonis ejusdem patris, omnes filij habebunt æquale jus, neq; pater poterit de illa disponere ultra tertium & quintum, & idem iudicabitur de hac legitima, renuntiatæ simpliciter tunc temporis, quod de ceteris bonis ipsius patris nam ille filius, qui in eum præd. modo renuntiauit, haberet pro mortuo, ac per consequens ceteris filijs accresceret jus illud pro portionibus hereditarijs sibi deferendis.

Item etiam t. supradicta ampliatur, quod sicut filius renuntians in patrem legitimam sibi competituram in bonis ipsius patris, potest apponere dictam facultatem & libertatem patri, ita etiam poterit apponere grauamina, & fideicommissa, & sãmissiones, & prohibitionem alienationis, tandem majoratum in forma facere & constituere, non solũ quando renuntiat patri, sed etiam quando renuntiat fratribus, vel etiam si non apponat hæc onera & grauamina, poterit concedere facultatem patri, vel fratribus, in quorum fauorem renuntiat, ut ea apponant & faciant: itaq; poterit vti facultate concessa parentibus in casu l. 27. Tauri, quæ hodie ponitur in l. 1. tit. 6. lib. 5. Nona Recop. Reg. meliorantibus filios suos in tertio bonorum suorum: Nam huiusmodi filius vel filia renuntians poterit in tota

tota sua legitima hoc facere, per ea, quæ suprad. sunt, cum nõ habeat descendentes nec ascendentes legitimos, quib. aliquid iure teneatur relinquere, sed possit relinquere prædictam suam legitimam sibi competituram in bonis patris post ipsius mortem cuilibet extraneo, cum consensu tam patris, vel eius, de cuius hereditate tractatur, ne alias detur votu captandæ mortis, ut in d. l. ff. C. de pact. quia licet habeat patrem tempore renuntiationis, intelligitur tamen, quod pater debet præmori, alias nihil valebit renuntiatum, ut infra dicitur.

14 Vnde infertur t. limitatio ad omnia suprad. in hoc articulo, scilicet, quod si hic filius, vel filia renuntias haberet matrem, vel alios ascendentes, vel descendentes legitimos, vel aliquem eorum, tempore, quo præd. renuntiatio sortitur effectum, hoc est, tempore mortis ejus, cuius hereditas renuntiat, & ipse renuntians decedat in vita prædictorum suorum ascendentium, vel descendentium, vel cuilibet eorum, supradicta omnia hoc casu non procederent, nec valet renuntiatum in præiudicium ipsorum, quia eis tenetur relinquere legitimam, juxta dispositionem legum huius Regni, scilicet, descendentes omnia bona, excepto tertio & quinto, & tunc de illo tertio debet disponere inter dictos suos descendentes, ut in d. l. 1. tit. 6. lib. 5. Nona Recop. & ascendentes, excepto tertio, de quo potest libere disponere, & de quinto etiam, quando habet descendentes legitimos, ut disponit iura huius Regni. Sed si tempore renuntiationis non habet descendentes, postea tamen ei nascantur, an suprad. procedant videndum est super gl. si huius c. quævis pactum, & ibi late tractabitur, quare superiora omnia maxime sunt notanda, quia quotidie in practica contingunt, & ea nõ inuenio sic declarata per Dd. nostros Hispanos nec per alios. Relinquo tamen cogitandum super his, quæ dicta sunt in hac secunda sublimitatione, ut deliberationi locus sit melius sentientibus & intelligentibus, meo tamen iudicio supradicta vera sunt, & optimis constant & probantur rationibus.

15 Major autem t. dubitatio est & versatur: An dicta suprad. in c. 2. proxima sublimitationibus, procedant etiam, quando filius vel filia condit testam. nentum de bonis sibi iam questis ex successione patris defunctæ, vel alterius, vel alio quocumque titulo an pater possit in præiudicium ceterorum filiorum concedere filio vel filia testantibus facultatem & licentiam testamentum condendi & relinquendi prædicta bona, sibi iam questis quibusdam ex filijs, eisdemque fratribus testandis ceteris fratribus præteritis & permisis, vel etiam extraneis, quibus voluerit filius vel filia testans: Item An ipsi filij testantes de licentia patris possint relinquere prædicta sua bona ipsinet patri cum supradicta facultate, ut possit pater de eis libere disponere in fauorem vnus, vel duorum, pluriumve fratrum, eorumdemque patris filiorum, ceteris filijs, præteritis ultra tertium & quintum bonorum patris, de quibus tertio & quinto ipse alias poterat disponere ita ut in his casibus, ceteri filij, quibus nihil relinquitur ex his bonis, non possint se conqueri de suo patre, dicentes, non potuisse patrem in præiudicium sui ipsorum dictam licentiam concessisse, nec facultate supradicta per filium sibi concessa vti, sed quod tenebatur omnibus suis filijs equaliter relinquere tanquam bona ipsius patris, sibi acquisita excepto tertio & quinto ipsorum bonorum, in quibus licitum est sibi per leges Regias, meliorare vel filium vel nepotem, vnum, vel plures, quos voluerit. Certe grãdis, pulchra & optima dubitatio est, quia nos loquimur sumus supra in renuntiatione, quæ fit per viam contractus, & in eo casu præsupponitur prius decedendum fore patrem quam filium vel filiam renuntiantem, vnde cum filius vel filia renuntians superuivuit patri, pater ipse nihil habere potest in illa legitima filij renuntiantis, ita ut ex ea tanquam de bonis patris possint ceteri filij aliquid petere, ne-

que ipse filius renuntians teneatur patri relinquere supradicto casu, cum ipse pater prædeceserit, & ipse filius renuntiat, quod habiturus est ex patris ipsius bonis post mortem ipsius patris. At vero nostra præsens quæstio est & loquitur in testamento, quod facit filius de bonis sibi iam questis, concedente patre licentiam & facultatem filio testandi, pro ut voluerit, etiam in sui præiudicium, hoc est, partis legitimæ sibi debite, quo casu præsupponitur filium vel filiam testantem prius decessurum, quam patrem ipsius, quo etiam casu pater habet suam legitimam in bonis filij, & ita sibi debetur sicut debetur filijs in bonis parentum, ut in l. nam & si parentib. ff. de inoff. testam. & in l. scripto ff. und. lib. & de iure Regio erat olim l. 6. Taur. hodie est l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. Nona legum huius Regni, vbi præcipitur & declaratur, omnia bona filiorum decedentium absque filijs, vel descendentes alijs legitimis esse legitimam ascendentium, excepto tertio, de quo potest filius libere disponere: Vnde cum pater in hac secunda præsentis quæstione renuntiet & cedat iuri sibi quærendo, videtur præiudicare in eo ceteris filijs, & per consequens, quod hoc non possit facere, quid dicendum?

Et licet quæstio hæc extra terminos nostræ materiæ aliquantulum videatur, tamen, quia aliquo modo ei concinere videtur, & quia subtilis & quotidiana in practica est, eam hic examinare & decidere libuit pro viribus meis renubus licet.

Et primo quidem videtur, non valere huiusmodi licentiam & facultatem in præiudicium ceterorum filiorum, imo quod ea non obstante, & non obstante etiam testamento filij, qui testatus est cum licentia patris, & defunctus est in vita ipsius, ceteri filij habeant integram & æqualem portionem cum alijs fratribus in legitima, quæ ex bonis filij defuncti pertinebat patri, præterquam respectu tertij & quinti, in quibus pater poterat meliorare quemcumque, vel quoscunque vellet filiorum, vel nepotum ex permissione legum Regni, quia pater, in cuius fauorem filius testatus est concedendo ei prædictam facultatem, non potuit præiudicare filijs in illa legitima sibi debita in bonis filij præcedentis plus quam in tertio & quinto.

Ex his, t. quæ tradit Covar. in c. Raynaldus, s. 2. n. 4. de 16 test. vbi dicit, quod filius non potest consentire grauamini in sua legitima appposito in præiudicium liberorum, & quod ejus consensus reuocabitur ab ejus filijs, ex titulo inofficiosa donationis, vel ex ratione l. si unquam, C. de reuoc. donat. Si quidem inofficiosa renuntiatio aut remissio reuocatur tanquam inofficiosa donatio, ex traditione Doctorum per eum ibi relatorum, subdens, quod quamvis hic consensus respiciat jus quærendum, quod minime est consideratione dignum ex remissionib. ibi allegatis per eum, tamen attenda Doctorum dubitatione, an filius possit grauamini adjecto in legitima consentire, præd. modo temperabitur, ut in præiudicium liberorum nõ valeat prædictus consensus, & inquit idem esse in consensu adhibito ad exheredationem. Hactenus ille: Ergo idem erit in legitima debita ascendentes, quandoquidem equiparantur tam iure communi, quam Regio, quantum ad hoc, ut debeantur, ut ita etiam pater nõ possit consentire in grauamini in præiudicium filiorum, qui nõ participat de illa, ac per consequens nõ possit dicta licentiam & facultatem concedere, vel ipse testari de legitima sibi debita in bonis filij, dando vni filiorum amplius, quam alteri ultra tertium & quintum.

Secundo t. pro hac opinione facit doctrina Petri de Ancharan. cons. 101. vbi tenet, quod filius non potest renuntiare suam legitimam in præiudicium creditorum, sed sic est, quod filius est creditor, vel saltem

quasi creditor, imo quasi dominus legitimae sibi co-
pendis in bonis patris, etiam patre viante, & e
conuerso, iuxta gl. comuniter approbatam in l. 1. C. de
iur. & fact. ignor. quae licet in legitima filij tantum lo-
quatur, tamen id est in legitima patris in bonis filij,
ut in d. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. test. & in d. l. tit. 8.
lib. 5. Nou. Recop. Igitur non poterit renunciare eam in
praedictum filiorum, quibus est quasi debita.

18 Tertio & praecipue pro hac opinione facit d. l. 1.
tit. 8. lib. 5. ordinam noui Regalis, vbi probatur, quod om-
nia bona filij decedentis sine descendentiibus legiti-
mis, excepto tertio, sunt legitima patris, adeo quod
sicut parentibus non licet exheredare, vel praeterire
filios extra caussas a iure expressas, ita nec filijs pa-
res, quia necessario tenentur filij parentibus legiti-
mam relinquere, ut ex d. l. Regia colligitur, sed ne-
mo dubitat, quod hoc ius, legitimae patri debita in
bonis filij dicitur bona ipsius patris.

19 Quia iura & actiones inter bona connumerantur,
ut tradit late Pinellus in rubrica C. de bon. mater.
statim in princ. Ergo pater non poterit praedictum in
illo alicui filio.

Sed his non obstantibus, contraria sententia est
verior meo iudicio & tenenda, imo quod pater, qua-
tumcunque habeat alios filios etiam in eorum praedictum
iudicium possit concedere licentiam & facultatem
filio testandi, ut possit ad libitum testari & dispone-
re, & insuper possit ipse pater de illa legitima libere
disponere in vnum vel plures filiorum, alijs filijs
praeteritis ex facultate sibi a filio concessa.

20 Fundatur primo hac opinio per text. in l. qui autem,
in vers. proinde, ff. que in fraud. cred. vbi probatur, posse
veru debitorem repudiare hereditatem sibi iam de-
latam non solum testamentariam, sed etiam legitimam
in praedictum creditoru, nec ex hoc creditores po-
terunt reuocare praedicta repudiationem, imo quod
fortius est, & legatum poterit debitor repudiare.

In quo text. plura sunt consideranda & ponderan-
da, quae magis astringunt & probant hanc secun-
dam opinionem.

Primo, quod ibi erat iam hereditas delata, in nostro
vero casu non, sed deferenda, nam regula iuris est:
Quod delata hereditas est, quam ad eundem quis potest
consequi. Sed patri, quando ipse praestat licentiam &
facultatem filio testandi prout voluerit, non est delata
hereditas, quia non potest eam ad eundem consequi,
quia filius adhuc viuunt, & superstitis nulla est here-
ditas, ut in l. qui superstitis. ff. de acq. hered. Ergo si debi-
tor iam delata hereditate potest repudiare sine quere-
la creditoru hoc est, quod ex eo non possunt consequeri
creditorum, a fortiori poterit in deferendam vel gra-
uamen in ea consentire in praedictum liberorum.

21 Secundo ponderandum est, quod in text. illo debi-
tor est verus & proprius debitor, & creditores sunt
proprij creditores tempore, quo debitor repudiat.
Sed pater in vita est improprij debitor legitime
filiorum, quia in vita non tenetur pater assignare nec
dare filijs suis legitimam sibi competentem post mor-
tem ipsius patris, ut in l. 1. §. nec castrense, ibi. prematura
eternim haec species est collationis, ff. de collat. bon. & per co-
sequens filij in vita patris non sunt proprij credito-
res, sed quasi & improprij, iuxta d. gl. comuniter ap-
probata in d. l. 3. C. de iuris & fact. ignor. Igitur si verus
& proprius debitor in praedictum proprij credi-
torum potest hereditatem legitimam repudiare, a
fortiori poterit id pater in praedictum filiorum, qui
sunt improprij creditores.

Tertio ponderandus est text. ille, in quantum di-
cit idem respectu legatu, ut debitor possit repudiare
legatum sibi relictum, nam hoc plus est, quam quod

possit repudiare hereditatem legitimam vel testa-
mentariam.

Nam ius ad eundem hereditatem non est in bonis
nostris, ut in l. pretia rerum. ff. ad l. Falco. cum similibus, &
hereditas, antequam ad eam, non est acquisita, quia
opus est aditione, ut in quam plurimis iuris partibus.
probat, ut vero legatu statim a morte defuncti ab-
que agnitione transit recta via in legatarium, ut in l.
a Titio. ff. de furt. & in l. 35. tit. 9. part. 6. lib. 5. sed utrum ff.
si quid in fraud. patron. & in pluribus alijs iuribus vulgaribus,
estque receptissima haec sententia. Igitur si domi-
nium iam acquisitum & radicatam in persona de-
bitoris, potest debitor repudiare in praedictum
creditorum, nimirum, si possit pater ius quaerendum
renunciare in praedictum filiorum.

23 Quia non est par ratio, lucra non capere, & qua-
sita perdere, ut in d. l. qui autem, & in l. §. C. de codicillis.
in l. §. sponsus, & si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.
Ergo text. ille in d. l. qui autem, iunctis ponderationi-
bus supra factis expressus est pro hac opinione.

24 Ex quo & confunditur manifeste opinio Petri de
Anchar. d. conf. 161. de qua fecimus secundum funda-
mentum pro parte contraria, dicentis, quod filius
non potest renunciare suam legitimam in praedictum
creditorum. Nam ibi videmus text. expresso
probantem contrarium, & contra Anchar. tenet praes-
tere ex illo text. Franciscus de Rip. in l. 1. nu. 7. ff. de
pign. & per gl. in l. §. in iure, verbo, ipso iure, C. de inoff. testam.
& contra Anchar. est etiam bonus text. in d. l. §. de
pignor. per quem eandem opinionem tenet Paul. de
Cast. ibi, nu. 2. licet ipse Rip. relinquat cogitandum
propter auctoritatem Anchar. Sed reuera opinio
Anchar. falsa est & contra text. expressum in d. l. qui
autem, & contra eam etiam per illum text. & per text.
in l. patrem, eod. tit. tenet additio Palatii Rubei in re-
per. Rub. §. 4. 7. n. 3. lit. D. fol. mibi 60.

25 Secundo & principaliter pro hac opinione facit
bonus text. in l. filio praeterito, cum materia, ff. de in iust.
rup. irritoque fact. testam. vbi probatur, quod si filius co-
sentiat & approbet testamētum patris post mortem
ipsius patris, in quo ipse filius praeteritus est, & quita-
te pretoria reuocatur & sustinetur testamentum,
licet alias, si non approbaret, esset nullum, ut in l. inter
cetera, cum similib. ff. de liberis & posthum. Ergo ita & eo-
dem modo poterit pater consentire praeteritione de
se faciendam, concedendo filio licentiam, ut testetur
libere sicut voluerit, nec ceteri filij poterunt de hoc
se conqueri, quia pater in quaerendis potuit illis
praedictum, per ea, quae supra dicta sunt.

26 Vnde & inferitur secundum Ant. Gom. in l. 22. Taur.
n. 24. praecipue ad finem illius numeri, quod si pater
fecerit scripturam publicam vni filio non melioran-
di ceteros filios, nec vllum eorum, iuxta dispositione
d. l. 22. quae hodie est l. 6. tit. 6. lib. 5. ordinam. Nou. Regia
Recop. poterit filius hic, in cuius fauorem facta est hu-
iusmodi scriptura, consentire meliorationem in fa-
uorem aliorum fratrum, & renunciare d. scripturae
publicae, etiam in praedictum suorum filiorum.

Facit etiam gl. in l. §. quando, §. si gl. §. C. de inoff. test.
que tenet, posse filium tempore, quo fit testamentum
per patrem, vel matrem, consentire se praeteriri vel
exheredari, & licet aliqui Dd. teneant contra illam
gl. est tamen magis communis opinio cum ea, ut la-
tissime concludunt Roder. Suar. in repet. l. quoniam in
prioribus, in 10. ampliatione, n. 31. & 32. & sequentibus, C. de
inoff. testam. & Anton. Gom. in d. l. 22. Taur. nu. 1. & idem
in l. tom. cap. 11. nu. 14. ut alios plures omittam, qui de
illa gl. loquuntur & agunt, & ibidem Dd. praecipue
Anton. Gomez dicit, cap. 11. num. 31. concludunt, eadem
ratione posse filium consentire grauamini apposito
in

in sua legitima, & opinio gl. suprad. probari videtur
in l. 6. tit. 8. par. 6. & eam in his terminis testatur com-
muniter approbatam D. Molin. lib. 2. de Hispan. prim.
6. 3. nu. 7. loquens in grauamine vinculi & maioratus,
idem tenet Palat. Rub. & Roder. Suar. infra Latinum,
& seqq. quicquid contrarium cum Socin. velit D. Pe-
ral. in l. cum patronus, nu. 9. & seqq. ff. de leg. cuius ratio
differentiae intra hunc casum & gl. d. l. §. quando, §. si
mihī non placet.

27 Tertio & principaliter pro hac opinione facit gl. si in
hoc c. quamvis pactum, communiter approbata, ut infra
super ea videbimus, qua probatur, pactum iuratum,
de quo in hoc textu, nocere filijs renuntiantis. Ergo
ita & eodem modo dicendum est in nostro casu.

28 Quarto, haec opinio probatur optimo simili & ar-
gumento, scilicet, quia decisio rex. in l. si unquam, C. de
reuo. don. que habet: Quod donatio omnium bonoru
vel maioris partis reuocatur natiuitate filiorum, pro-
cedit & habet locum in bonis iam radicatis in patri-
monio donantis, & suis effectis, secus vero in here-
ditate non adita per renuntiantem, quia cum hu-
iusmodi hereditas nondum fuerit quaesita, sed his
ius quaerendum; tunc, n. renuntiatio ipsius iuris que-
rendi & donatio non reuocatur postea natiuitate fi-
liorum, arg. d. l. qui autem, ff. que in fraud. & in l. §. sponsus,
§. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & ita hanc o-
pinionem in terminis d. l. si unquam, tenent plurimi
Dd. relati per Rip. ibi, in 11. q. n. 22. & latius per Tiraq.
ibi in verb. donatione largitus, n. 180. cum pluribus seqq. se-
quitur plures referens Becc. de non melior. ratione dot.
filia, c. 10. n. 105. & 106. testatur communem plures re-
feres nouissime post huius operis editionem D.
Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. numer. 37. & seqq. & li-
cet ipse ibi n. 41. & seqq. velit tenere contrarium, est
contra communem sententiam loquiturque quando
renuntians de liberis non cogitauit, quod si cogita-
set, teneret communem. In quo, meo iudicio, ponit
veram resolutionem Rip. vbi supra, in hunc modum,
quod siquidem ius quaerendum, quod renunciatur,
est radicatam de presenti spe certa probabili, & hoc
casu natiuitate filiorum reuocatur renuntiatio, quia
est proprie donatio, ut in l. pat. curat. C. de pact. & in l. si
mulier, ff. de cond. caus. data, de qua donatione loquitur
d. l. si unquam, & ideo si filia renuntiet hereditati
matris defunctae, locus esset dispositioni text. in d. l. si
unquam, ut praedicta renuntiatio nihil valeat in praedictum
libere sicut voluerit, quia pater in quaerendis potuit illis
praedictum, & sic iuri radicato de
praesenti.

29 Tum, quia renuntiatio videtur adire, arg. l. rem
mobilem, & in l. ad leg. ff. de procu. Est enim maxima dif-
ferentia inter renunciare & repudiare hereditatem;
nam renunciando aditur, non vero repudiando, ut
declarat Paul. de Cast. in l. §. act. C. de pactis, & in l. pat.
quod dotali, C. de coll. & ita consuluit Soc. conf. 54. incip.
visa renunt. lib. 4. [Baeca alios allegans vbi supra, n. 108.]
si vero renunciatur iuri quaerendo, non radicato vlla
spe certa, tunc non erit locus dispositio d. l. si unquam
& ideo si quis renuntiet hereditati patris vel matris
viuentis, non reuocabitur renuntiatio propter su-
peruenientiam filiorum, quia hereditas viuentis non
dicitur debita filijs spe certa, secundum Bar. l. si post
emancipationem, §. illud, per illum text. ff. de lib. leg. cum
filij possint praemori, & sic nihil habituri sint, ut in l.
nam & si parentibus, ff. de inoff. testam. & pater possit te-
stari & alium heredem vniuersalem instituire filio
suo praemortuo, ut in l. 1. & in l. §. in l. §. inoff. testam.
Praematura enim est spes filij anhelantis ante diem
hereditatem parentum, ut in l. §. si impubere, ff. de col-
lat. bonor. Haec tamen resolutio & distinctio Ripe, quam

resolutionem & distinctionem refert ad literam, &
sequitur D. Molin. vbi supra, n. 40. & Roland. à Valle
conf. 11. nu. 24. & seqq. lib. 1.

Vbi plus dicit & refert ex Carolo Ruin. conf. 170. 3.
col. 2. v. non obstat. & c. vol. 1. & conf. 140. col. fin. volum. 4.
quod renunciatio facta per filiam patri ad formā hu-
ius c. quamvis pactum, non reuocatur propter liberos
susceptos, quia per talem renuntiationem filia fuit ex-
clusa a iure quaerendo, & non a iure quaerendo, & ibi alle-
gat alios Doctores hoc sequentes, quod profecto ma-
xime facit & concludit pro hac secunda principali no-
stra opinione, & nominatim, quod pater filijs in que-
rendis praedictum possit, & contra filius patri, pro-
bat bene cum alijs, quos refert Baeca de non melior. ra-
tione dot. filia, c. 22. nu. 4. & seqq. praecipue nu. 7. & idem
in effectu inquit & sentit D. Molin. vbi supra, n. 48. fa-
ciunt, quae in renuntiatione iuris quaerendi tradit
Aymon Crauet. conf. 114. n. 14. & 15. & quod pater pos-
sit repudiare ius quaerendum in praedictum filio-
rum sine fraude tamen, tenet Pelaez de maioribus 4.
par. qu. 13. n. 59. fol. 497. vbi idem tenet e conuerso in fi-
lio respectu patris.

Ergo ita & eodem modo, imo a fortiori dicen-
dum est in nostro casu in linea ascendentium, quod pater
poterit praestare licentiam & facultatem filio suo re-
stanti, ut testetur, prout voluerit, & relinquat bona
sua cui voluerit, cum hoc sit renunciare ius quaer-
endum non radicatam, neque spe certa debitum, quia
potest pater renuntians praemori, & sic nihil renun-
tiauert, imo magis congruum naturae est & frequen-
tius accidit, ut pater prius decedat quam filius, ut in
d. l. nam & si parentibus.

30 Et & decedentibus simul patre & filio in bello, non
cognito quis prius decellerit, praesumitur patrem
prius decelisse ordine naturae, ut de hoc est opti-
mus text. in l. qui duos, §. in bello, & in l. §. si Lucius, ff. de
rebus dub. vnde sicut renuntiatio filiae, vel filij heredi-
tatis ascendentium nondum sibi delatae praedictum
filijs suis, hoc est, nepotibus eius, cuius hereditas fuit
renunciata, ita etiam & a fortiori praedictum renun-
tatio patris hereditati filij sui viuentis nondum sibi
delatae ceteris filijs, per rationes supra proxime di-
ctas, & profecto hoc fundamentum satis viget pro
hac secunda opinione.

31 Quinto & vltimo pro hac opinione facit, quia pa-
ter, qui est legitimus administrator filij, quem in sua
potestate habet, & ratione patriae potestatis coepetit
sibi vsufructus bonorum omnium aduentitioru filij,
potest tacite vel expresse remittere filio suo praedictum
vsufructu sibi debitum, etiam si alios filios
habeat, & etiam vltra tertium & quintum, neq; alij
filij poterunt petere, ut praedictum filius conferat di-
ctum vsufructum, sed praecipuum habere debet, etiam
si pater alias fecerit tertium & quintum melio-
rationis in aliu, vel alios filios, ut latissime plura iura
& Dd. referes probat & tenet Ant. Gom. in l. 29. Taur.
n. 29. & idem in l. 48. Taur. num. 9. & 10. vnde ita & eo-
dem modo dicendum est in nostro casu, quod certe
satis expressum videtur in proposito, & notandum
in practica pro limitatione legum huius Regni, que
prohibent, parentes meliorare posse filios vltra ter-
tium & quintum bonorum suorum.

Et ita inuenio, quod hanc secundam opinionem
fundat latissime, licet non in proprijs terminis tamē
in alijs fortioribus Palat. Rub. in repet. rubr. de donat.
inter vir. & vx. §. 4. 7. n. 2. & seqq. vbi, in l. §. fol. mibi 59.
vbi dicit, quod si pater grauamen fideicommissi imposuit
filio in sua legitima, ut restituar post mortē filio suo
primogenito, & ille etiā suo, ut fieri solet & filius ex-
presse cōsētiat, valebit tale grauamē, nec dicitur hoc
○○○